



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Quod post S. Augustinum alij perplures vitam monasticam multi alijs locis
exuscitauerint. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Canonici
seculares a
primo suo
instituto de-
seruerunt.

August. ut
monastica
vitam con-
tra obiecta-
tores defendit.

fini vero propagine ista forma adhuc apud eos, qui Regulares Canonici vocitantur, manet, qui etiam tria illa vota vna cum monachis in sua regula susceptione, siue professione obseruant. Canonici autem, qui nunc seculares, discriminis causa, dicuntur, quum sine votis in forma, cenobij vixerint vna habitantes, in illum statum ab antiqua illa institutione in alium modum (velut nunc cernere est) se commutauerunt. Regulam quoque sancti Augustini multi ordines, qui postea sunt exorti, sunt amplexi. Et hodie maxima monasticorum ordinum pars, regulam sancti Augustini est amplexata: quae nimirum primae illi vitae Apostolorum primorumque discipulorum Domini inchoationi inimitur. Haec est defensio, qua sese Augustinus contra Petilianum haereticum talesque multos (quales adhuc hoc tempore sunt) obiectatores tuetur, qui obloquebantur illi, quod nouam sectam vitam monasticam a se in Africa inlicita commentus esset. Quibus ille respondit, sicut in lib. contra illum haereticum inuenies, monasticam vitam non esse nouam sectam, sed primam & antiquissimam vitam Apostolorum ex verbis Christi sumptam, & pro omnibus Christianis institutam siue inchoatam, & a primis obseruatam Christianis. Sed cum tolerabilis omnibus non esset, & propterea in plebe ferè occidisset, se illam in Africa pro quibusdam, qui maiori ac speciali sese aut vellent, aut deberent religioni addicere, redintegrauisse.

Quod post diuum Augustinum alij per plures vitam monasticam multis alijs locis exsuscitauerint.

Cap. XI.

B. Benedi-
ctus ut cen-
obiticam
auscit vitam
D. Bruno
Carthusiani
propositi
auctor.

QUUM verò huiusmodi religiosa monasticaque vita ultra mare, scilicet in Aegypto, Thebaide, Palestina, Syria, Africa, dilatata propagataque fuisset, post sanctum Augustinum editus diuus Benedictus eandem inuectam per totam ferè Europam sparfit. Post hunc egregius doctor Parisiensis, ex sancta Colonia Agrippinensi oriundus D. Bruno prodiens, occasione insigniter eruditi cuiusdam doctoris (qui vitae bonae existimatus fuerat, & tamen post obitum, antequam sepultus esset, se ex feretro erigens perenniter condemnatum esse proclamauerat) ordinem Carthusiensem, hoc est, anachoreticam monasticamque vitam simul copulatam, primum in Sabaudia, mox in Calabria inchoare commotus fuit. D. Franciscus monasticen in summa paupertate in Italia capit: Similiter sanctus Dominicus in Hispania.

Quod tam multiplices religiosorum ordines in tribus illis votis à Christo contra tres illas maximas peccatorum causas propositis inuicem consentiant.

Caput XII.

Ordines
monastici
in quibus
consentiant

ET quamuis religiosorum talium varij ordines adiuuenti, diuersisque temporibus secundum Apostolicam vitae formam instituti sint, qui in multis propter medium finem, per quem aliter atque aliter ad vltimam se finem dirigunt, distinguantur, in tribus tamen illis votis, vepotè spontaneae paupertatis, continentiae, & obedientiae consentiunt & concordant.